

## 82.

*Die beiden Studenten Johannes Scheff und Burchard werden von dem Professor der Theologie Heinrich Taken examinirt und erweisen sich dabei als völlig rechtgläubige Männer. [1446] Mai 16.*

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 328<sup>b</sup>.*

Die decima sexta mensis maii in Liptzk celebrabatur in aula pro Iohanne 5  
Zwizekow de Wittenberch in doctoratu canonum, predicti Iohannes Scheff et Borchardi  
fuerunt per inquisitionem examinati per magistrum Heinricum Taken, sacre theologie  
professorem studii Erfordensis, qui pronunciavit eos viros catholicos, innoxios errorum  
quavis causa; si episcopus ad petitionem alterius vult procedere ad inquisitionem, tunc  
prius inquireret inquisitor de infamia secundum Innocentium in glosa c. „Si is“ libro VI<sup>o</sup> de 10  
inq. accu et denun. Et in hoc predicto examine fuerunt presentes episcopus Merze-  
burgensis, decanus sancti Sixti ibidem et dominus Petrus Lozer cum doctore prenominate,  
super quo examine dominus episcopus dedit cuilibet examinerum litteram apertam suo  
sigillo sigillatam, prestita prius a quolibet cautore iuratoria, quod non vindicarent in civēs  
Liptzenses, qui eos vinctos educebant, nec in dominum episcopum Nuemborgensem, ad 15  
cuius instanciam fuerunt capti, nec eciam in dominum episcopum Merzeburgensem,  
qui eos ad mensem vinculos detinebat.

## 83.

*Bischof Johannes von Merseburg entläßt die beiden Studenten Johannes Scheff und Burchard Zwiulich aus ihrer Haft, da sich ihre Schuldlosigkeit herausgestellt hat. Merseburg, 1446 Mai 19.* 20

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 329<sup>a</sup>.*

Iohannes dei gracia episcopus ecclesie Merzeburgensis universis et singulis ple-  
banis et decretorum rectoribus nostre iurisdictioni subiectis cum presentibus requisitis,  
nec non aliis ad quos presentes nostre littere pervenerint. Notum facimus quod providos  
et discretos viros Iohannem Scheffe et Burkardum Zwiulich, studentes et supposita alme 25  
universitatis studii Lipczensis nostre diocesis, per aliquos apud nos de certis articulis et  
erroribus in fide delatos et diffamatos, nobis speciali nostro mandato presentari et ipsos  
de huiusmodi erroribus per venerabilem dominum Hinricum Taken, sacre theologie pro-  
fessorem eximium, in nostra nec nonnullorum virorum canonicorum nobis assistencium  
presencia diligenter examinari et inquiri fecimus ipsique in huiusmodi examine viri 30  
katholici et boni christiani inventi sunt, in nullo deviantes, sed huiusmodi diffamationibus  
et erroribus innoxii sunt et innocentes. Unde ipsos dedimus liberos et fidem facimus de